



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo omnium sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo sctoꝝ symonis & iude. Fo. cclij.

canerunt ubiq; domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. non aut fiunt miracula semper ad demonstrandum gratiam eius per quam miracula fiunt. et ideo potest contingere qd aliquis gratiam gratum facientem non habens miracula faciet. sed hoc contingere non potest qd aliquis falsam doctrinam annuncians vera macula faciet que non nisi virtute diuina fieri possunt. sic enim deus esset falsitatis testis. quod est impossibile cum ergo xps se filium dei diceret equalē deo. hanc eius doctrinam comprobant miracula que faciebat. et ideo ostendebat xps per miracula que faciebat esse deus. Petrus aut licet eavel maiora miracula faceret. non probatur esse deus. sed per ea etiam probabatur qd christus esset deus. qz petrus non predicabat seipm sed iesum christum esse deum.



In festo omnium sanctorum est euangelium. Videns iesus turbas etc. matthei. v. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

Prima. vtrum beatitudo sanctorum consistat in visione dei per essentiam. Secunda. vtrum beati videntes deum per essentiam videant omnia que deus videt.

Tertia. vtrum beati in gloria prius ferant ad pretemplandam xpi diuinitatem quam eius humanitates.



Prima questione sic proceditur. Et videtur qd beatitudo sanctorum non consistit in visione

dei per essentiam. Primo sic. beatitudo in bonis corporis consistit. ergo non in visione dei etc. consequentia est bona assumptum probatur. qz qd a pluribus dicitur impossibile est esse falsum totaliter vt cometator dicit. s. de anima. 7 phs. vii. Eth. qd opinio non perditur quam populi multi famant. sed maior hominum multitudo inclinatur ad querendum corporales delectationes et corporalia bona quasi finem ergo finis humane nature in corporalibus bonis consistit. sed finem humane nature dicimus beatitudinem. ergo hominis beatitudo in bonis corporis querenda est. Secundo sic intellectus non potest ad hoc pertinere qd videat deum per essentiam. ergo sanctorum beatitudo non consistit in visione dei per essentiam. consequentia est bona. probatur assumptum. Primo sic. cum intelligibile sit perfectio intellectus oportet esse proportionem inter intelligibile et intellectum et visibile et visum. sed non possumus acci-

In festo omnium sanctorum.

pere pportione aliquā inter intellectum nostrum et diuinā essentiam cum in infinitum distet ergo intellectus noster non potest pertingere ad essentiam diuinā videndam. Secundo sic. plus distat sensus ab intellectu nostro quam intelligibile creatum a sensu. sed sensibile nullo modo potest pertingere ad creaturam rationalem spirituales. ergo nec intellectus noster ad videndam diuinā essentiam. Tertio sic. quando cum intellectus intelligit aliquid in actu oportet quod informet per similitudinem intellectus quod est principium intellectualis operationis in tale obiectum terminante. si ergo intellectus noster deum intelligat. oportet quod fiat per aliquam similitudinem informantem ipsum intellectum. hoc autem non potest esse diuina essentia. quia forme et formati oportet esse unum. diuina autem essentia ab intellectu nostro differt habet essentiam et esse. ergo oportet quod forma qua informat intellectum nostrum in intelligendo deum sit aliqua similitudo impressa a deo intellectui nostro. sed similitudo illa cum sit quid creatum non potest ducere in dei visionem nisi sicut effectus in causis. ergo impossibile est quod intellectus videat deum per essentiam. Quarto principaliter arguitur. Beati in patria videbunt deum per medium. quia per lumen glorie secundum illud psalmum. In lumine videbimus deum. ergo non videbunt deum per essentiam. Quinto sic. sancti in

patria videbunt deum facie ad faciem. ut dicitur. 1. Cor. xij. sed quoniam videmus faciem ad faciem videmus per similitudinem. ergo deus in patria videbitur per similitudinem. et sic non per essentiam. In oppositum est euangelium presens. ubi dicitur. Beati mundo corde quoniam ipsi videbunt deum. Secundo. 1. Cor. xv. super illud. cum tradiderit regnum deo patri. dicitur gloria. Ubi scilicet in patria essentiam patris et filii et spiritus sancti videbitur quod solis mundis cordibus dabitur quod est summa beatitudo. ergo sancti deum per essentiam videbunt. Rursus dicendum. quod secundum fidem catholicam firmiter credendum est. quod beatitudo sanctorum consistat in visione dei per essentiam. Ista conclusio probatur primo ex illo. iobis. xvij. Nec est vita eterna ut cognoscere solus deus etc. Secundo sic. sanctorum desiderium non potest omnino frustrari. sed sanctorum desiderium commune est ut videant deum per essentiam. ut patet. Exodi. xxxij. Ostende mihi gloriam tuam. et in psalmis. Ostende faciem tuam et saluati erimus. Et iob. xij. Ostende nobis patrem et sufficit nobis. ergo sancti deum per essentiam videbunt. Tertio sic. (ut habet quilibet. 2. arti. ultimo.) Beatitudo enim est ultima perfectio rationalis creature. nihil autem est finaliter perfectius nisi attingat ad suum principium secundum modum suum. Et ideo dico secundum modum suum. quia ad principium quod est deus attingit aliquis dupliciter. Uno modo per similitudinem

In festo omnium sanctorum. fo. cclij.

quod est commune omni creatu-
re. que scz tantus hz de perfectio-
ne optum cosequitur de divina si-
militudine. Alio modo per ope-
rationem vt pretermittatur ille
modus qui est christo singularis
scz in vnitae persone. Dico autē
per operationem in optum ratio-
nalis creatura cognoscit et amat
deum. et qz anima immediate fa-
cta est a deo. ideo beata esse non
poterit nisi immediate videat deū
i. absqz medio. qz sit similitudo
reicognite. sicut species visibilis
in pupilla vel in speculo. non est
nisi absqz medio. qd est lumen con-
fortans intellectum. quod est lu-
mē glorie. de quo in ps. In lumi-
ne tuo videbimus lumen. hoc au-
tem est per essentiam deum vide-
re. An in hoc ponimus beatitu-
dinē rationalis creature. qz deū
per essentiam videbimus. sicut
philosophi qz posuerunt animas
nras fluere ab intelligentia agē-
te. felicitatem ponebant in cōi-
nua coniunctione intellectus no-
stri ad ipsas. Ad rōnes in oppo-
sitū. Ad primā rīdet negando
assumptū ad pbationem rīdet
qz vt hz. iij. sen. di. xlij. q. j. ar. j.
q. j. ad. j. multorū opinionē non
est necessarium esse veraz simpli-
citer. sz fm partes. multitudo au-
tem hominuz in bonis corporis
ponentium beatitudinem optum
ad hoc veram opinionem habet
qz illud quod optimum sibi existi-
mant. hoc suaz beatitudinem es-
se putant. et optum ad hoc eorum

opinio vera est. scz qz optimum
hois est beatitudo. non autē opz
qz sit vera optū ad hoc qz ponit ea
in bonis corporis. qz hec opinio
procedit ex falsa radice qua scz
existimāt se esse principaliter id
qd sunt fm corpus. Ad scdam
rīdet. negādo assumptū. Et ad p-
bationē dicim. qz vt hz quolibet
to. vbi. s. ad. j. pportio dī dupli-
citer. Vno modo pzie fm quod
importat quendaz determinatū
excessum. et sic pportioz requirit
inter intellectum et inter intelli-
gibile ad hoc qz sit cognitio cum
comprehēsiōne. qualiter diuina
essentia nunqz videbitur ab intel-
lectu creato. Alio modo accipit
communiter p qualibet habitu-
dine. et sic infinitum potest habe-
re pportionem ad finituz sicut
eius perfectio. vel aliā hmoi ha-
bitudinem hz ad ipsum. et talis p-
portio sufficit ad hoc qz intelle-
ctus noster videat essentiaz diui-
naz attingendo non cōprehēde-
do. Ad tertiam pbationē rīdet
tur distinguendo de duplici diffe-
rentia. vna est fm cōuenientiam
in natura. et sic conceditur qz ma-
gis distat deus ab intellectu crea-
to qz intelligibile creatū a sensu.
Alia est fm pportionalitatem. et
sic est econuerso quia sensus nō
est pportionatus ad cognoscen-
dum aliquod immateriale. sz in-
tellectus est pportionatus ad co-
gnoscenduz quodcunqz immate-
riale. et ita ratio non procedit.
Ad quartam pbationem re-

In festo omnium sanctorum.

respondetur negando consequentiam. et dicimus. quod in visione qua beati deum per essentiam vident. ipsa essentia divina est quasi forma intellectus qua intelligit. nec oportet quod efficiatur unum simpliciter cum intellectu. sed solum quod fiant unum quantum ad actum intelligendi. Ad quintam principalem rationem respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia lumen glorie non est medium quo sicut specie intelligibili videatur deus. Pro quo notandum. quod (ut habet quolibet. vii. ar. s.) in visione corporali et intellectuali inuenitur triplex medium. Primum est medium sub quo videtur. hoc est quod perficit visum ad videndum et in generali non determinat visum ad aliud quod speciale obiectum. sicut se habet lumen corporale ad visum corporalem. et intellectus agens ad intellectum possibilem. Secundum medium quo videtur est forma visibilis qua determinat uterque visus ad speciale obiectum. sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertium est medium in quo videtur. et hoc est illud per cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem. sicut inspiciendo speculum ducit in ea que in speculo representantur. et videndo imaginem ducit ad imaginatum. et sic etiam intellectus per cognitionem effectus ducitur in causam et e converso. In visione ergo patrie non erit tertium medium. ut scilicet deus per species aliorum cognoscatur.

sicut nunc cognoscitur ratione cuius dicimus nunc videre in speculo. Nec erit ibi secundum medium. quia ipsa essentia divina erit quasi intellectus noster videbit deum ut ex dictis patet. Sed erit ibi tantum primum medium quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc quod possit coniungi essentie increate modo predicto. sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata. quia non cadit inter cognoscens et rem cognitam. sed est illud quod dat modum cognoscendi. Ad sextam respondetur negando primam. Et ratio est. quia non est simile. quia creature corporales non dicuntur immediate videri nisi quando id quod in eis coniungibile est visui ei coniungitur. non sunt autem coniungibiles per essentiam suam ratione materialitatis. Et ideo tunc immediate videntur quasi eorum similitudo intellectui coniungitur. Unde non videretur immediate nisi essentia sua coniungeretur intellectui. et hec visio immediate dicitur visio faciei.



D secundam questionem sic proceditur. et videtur quod videntes deum per essentiam videant omnia que deus in seipso videt. Primo sic Gregorius. in dialogis dicit. Illi omnes coniuncti caritate deum conspiciunt. quid est quod nesciunt videri

scientes omnia sciunt. loquitur aut de beatis q̄ vidēt deū p̄ essentia: ergo videtur q̄ q̄ videt deus per essentia oia cognosceret. ¶ Secundo sic. quicūq; videt speculū videt ea que in speculo resultāt. sed in v̄bo dei oia sicut in speculo resultant. qz ipsū est ratio et similitudo omnium. ergo sancti q̄ vident verbū per essentia vident oia creata. ¶ Tertio sic. dicitur puerb. x. Desideriū suū in istis dabitur. sed sancti desiderāt oia scire. quia oēs hoies natura scire desiderant. s. metaphisice. nec natura per gloriā auferet. ergo dabitur eis a deo q̄ oia cognoscent. ¶ Quarto sic. Ignorantia est quedam penalitas vite presentis. sed omnis penalitas per gloriā a sanctis auferetur. ergo et omnis ignorātia. et ita omnia cognoscent. ¶ Quinto sic. sicut sensus ita et intellectus cognoscit omne illud cuius similitudine informatur. sed diuina essentia expressius indicat quālibet rem q̄ aliqua similitudo alia rei ergo in illa beata visione cū essentia diuina fiat quasi forma in intellectus nostri. videtur q̄ sancti vidētes deum omnia videāt. ¶ In oppositum dicit dionysius vi. celestis hierarchie. q̄ angeli superiores inferiores a nescientia purgant. sed angeli inferiores vident diuinam essentia. ergo angelus videns diuinam essentiam potest aliqua nescire sed anima non perfectius videt

deum q̄ angelus. ergo sancti videntes deum non oportet q̄ videant omnia. ¶ Respondeo dicendum iuxta sc̄m thomā. iij. sen. distinctiōe quadragesimanona. questiōe sc̄da. arti. v. q̄ duplex dicitur diuina cognitio. Una vocatur noticia visionis qua cognoscit omnia que sunt vel fuerunt. et hec dicitur noticia visionis. qz ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi presentia. Secunda cognitio que dicitur simplex intelligentia est qua cognoscit videndo suam essentiam omnia que potest facere q̄ nūc fecerit nec facturū sit. alias non perfecte cognosceret potentiam suam. nō enim potest cognosci potentia nisi sciantur potentie obiecta. et hoc dicitur cognoscere noticia simplicis intelligentie. Hoc notato fit prima cōclusio. Impossibile est q̄ aliquis intellectus creatus cognoscat omnia videndo diuinam essentiam que deus potest facere. Patet conclusio. quia hoc esset comprehendere diuinam essentiam. quod est impossibile. Patet sic. q̄to aliquod principium perfectius cognoscitur. tanto plura plura sciunt in ipso. sicut in vno demōstrationis principio ille qui est perspicacior ingenij plures conclusiones videt q̄ alius qui est tardioris. cum ergo q̄ritas diuine potentie attendatur fm ea in qua potest si aliquis intellectus videret

In festo omnium sanctorum.

In diuina essentia, omnia que deus
potest facere eadem esset quanti-
tas perfectionis in intelligendo
que est quantitas diuine poten-
tie in producendo effectus. et ita
comprehenderet diuinam essen-
tiam, quod est impossibile omni
intellectui creato. Secunda con-
clusio loquendo de scientia visio-
nis, possibile est quod aliquis intel-
lectus creatus, ut anima christi co-
gnoscat omnia illa que scit noti-
cia visionis. De alijs autem sanctis
vtrum videant omnia que deus
videt scientia visiois est duplex
opinio. Quidam dicunt quod sic, sed
hoc repugnat sanctorum dictis qui
ponunt angelos aliqua ignorare,
quos tamen constat fidei om-
nes deum per essentiam videre.
Alij dicunt oppositum scilicet quod
sic sit illa tertia conclusio. Sancti
videntes diuinam essentiam non
vident omnia que deus videt. Ista
conclusio probatur primo sic. So-
lus christus habet spiritum non ad
mensuram, ut dicitur iob. iij. scilicet
christo in quantum habet spiritum non ad
mensuram competit quod omnia in ver-
bo cognoscit. Unde ibidem dicitur
quod pater dedit omnia in manu
eius, ergo nulli alij sanctorum
competit omnia cognoscere in
verbo quod christo. Secundo sic. Qua-
nto aliquod principium perfectius
cognoscit, tanto plures effectus
eius cognoscuntur per ipsum, sed
quidam videntium deum per essen-
tiam perfectius alijs cognoscunt
deum qui rerum omnium principium

est, ergo quidam alijs plura co-
gnoscent, et sic non omnes sciunt omnia
et inde est quod unus potest alium in-
struere, et sic scientia angelorum
et animarum sanctorum potest au-
geri usque ad diem iudicii, sed ulte-
rius non proficiet quia tunc erit
ultimus status rerum.

Ad rationes in oppositum. Ad
primam respondeo negando consequen-
tiam, et ad dictum Gregorii in-
det sanctus thomas. Cuius. seu. ubi
s. ad. ij. In eodem verbo illo Gregorius
ostenditur quod in illa beata visione
est sufficientia ad omnia intrinsecum
et parte diuine essentie per quam
deus omnia videt, et quod non omnia
videantur est ex defectu intelle-
ctus creati qui diuinam essentiam
non comprehendit. Ad secundam
respondetur. Cuius. s. ad. vj. negan-
do consequentiam. Et ratio est, quod
speculum illud est voluntarium
et sicut se ostendit cui vult, ita i-
se ostendit que vult, nec est simi-
le de speculo materiali, in cuius
potestate non est quod videatur vel
non videatur. Ad tertiam respondeo
negando consequentiam. Et ra-
tio est, quod desiderium sanctorum
quo omnia scire desiderant im-
plebitur ex hoc solo quod deum vide-
bunt, sicut desiderium eorum quo
omnia bona habere cupiunt im-
plebitur in hoc quod deum habebunt
sicut enim deus in hoc quod habet per-
fectam bonitatem sufficit affe-
ctui, et eo habito omnia bona quo-
dammodo habebunt, ita eius vi-
sio sufficit intellectui. Job. xliij.

In festo omnium Sanctorum. Fo. cclv.

Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Ad quartam rñderur negando. sequentiam. Et ratio est. qz ignorantia dupliciter accipitur. Uno modo proprie accepta in puatione sonat. et sic est pena. sic em ignorantia est nescientia aliquoz que scire debent. vel que necesse est scire. et hoc modo ignorantia nō ponitur in sanctis. qz nullius horum scientia sanctis deerit in patria. Alio modo ignorantia accipit communiter. pōmī nescientia. et sic angeli et sancti in patria qdam ignorant. Unde Dionysius dicit. q angeli a nescientia purgatur. Sic autem ignorantia nō est penalitas. sed defectus quidā. Nec est necesse qz oīs talis defectus ad gloriāz auferat. sic etiā posset dici qz defectus est in vno quia non peruenit ad gloriāz alterius. Ad quintam rñdet. negando sequentiam. Et ratio est qz quis diuina essentia sit ratio omnium cognoscibilium. nō tñ iungit cuiuslibet intellectui creato sñm qz est ratio omnium. et ideo ratio non sequitur.



D tertiāz questionez sic pcedit. Et videtur qz beati prius ferantur ad cōtemplandum xpi humanitatem qz ad ptemplandū christi diuinitatē. **P**rimo sic.

Ad extremū non peruenitur nisi per medium. sed mediū inter deum et homines est xpi humanitas. **T**hi. ij. Mediator deus et hominum xps iesus. ergo sancti nō peruenient ad contemplandam christi diuinitatem nisi prius cōtemplando humanitatem eius. **I**n oppositum est euangelium presens. vbi dicit. **G**audete et exultate quoniam merces vestra multa est in celo. Et sic constitui debent in potissimo et altissimo statu. et quo sic arguit. **A**ltissimo em statu altissimus actus pncipaliter et primo cōpetit. sed beati sunt in altissimo statu. cum ergo actus intellectus qui est potentia altissima cuius est ferri in deū sit actus altissimus. videt qz hic actus primo beatis competat ut deum contemplantur. **R**espōdeō dicendum. **I**ntra sanctum thomam quolibeto. viij. ar. ultimo. **D**e sancti in gloria prius feruntur ad ptemplandā xpi diuinitatem. qz eius humanitatem. **I**ta conclusio pbat pmo sic. **H**oc ad imperfectionē vie pertinet qz oportet nos ab inferioribus ad superiora ptemplanda ascendere. sed in beatis erit pfectio contraria perfectioni vie. ergo ipsi econuerso per p̄us altiora ptemplantur. ergo beati existēs supra in patria primo xpi diuinitatez contemplant qz eius humanitatez. **S**ecūdo sic. vnusquisqz prius cōsiderat regulam operis qz h̄m regulam operetur beati aut deo

In festo omnium mortuorum.

sunt cōiuncti vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis et operis aliter em̄ actus beatitudinis p̄ alias cognitiones et operatiōes impediretur. et ideo id qđ primo beati attēdunt est ipse deus et ipsum habent mediū cuiuslibet cognitionis et regulam cuiuslibet operationis. et sic per prius contemplātur xp̄i diuinitatem. q̄ eius humanitatem. In vtraq̄ tñ contemplatione delectationē inueniunt. Unde dicitur. iob. r. Inredientur sc̄z beati ad p̄templandum diuinitatem. et egrediētur ad p̄templandum eius humanitatem et vtrōq̄ pascua inuenient. id est. delectationē. vt exponitur in libro de spiritu et anima. ¶ Ad rationem in oppositū respondetur. q̄ ratio illa p̄cedit quantū ad statum vie. in qua nō dum sumus deo p̄fecte iuncti. sed oportet nos p̄ xp̄m ad deum ascendere. sed cū iam deo in beatitudine iuncti erim̄. tūc prius intendemus xp̄i diuinitatem q̄ humanitatem.



M die omnium mortuorum. est euangelium. Dixit ih̄s turbis etc. Joh. v. Circa qđ possunt disputari sequētes q̄stiones.

¶ Prima. vtrū iudiciaria potestas qua iudicandi sunt mortui

in futuro iudicio p̄uenienter cōueniat xp̄o s̄m qđ homo. ¶ Secunda. vtrum suffragia fidelium viuorum p̄sint defunctis. ¶ Tertia. vtrum suffragia facta p̄ malos siue p̄ p̄ctōres p̄sint. ¶ Quarta. vtrum vox xp̄i quam audiunt mortui erit causa resurrectionis omnium eorum.



D primas questionē sic procedit. Et videtur q̄ iudiciaria potestas qua iudicandi sūt mortui i futuro generali iudicio nō p̄ueniet christo s̄m qđ homo. ¶ Primo sic. Dicit augustinus li. de vera religione. q̄ iudicius attribuitur filio inquam est ipse lex prime veritatis. sed hoc p̄tinet ad xp̄m s̄m qđ est deus. ergo iudiciaria potestas non cōuenit christo s̄m qđ homo. ¶ Secūdo sic. Iudicius auctoritates requirit. s̄z auctoritas super viuos et mortuos est in xp̄o s̄m qđ deus. sic em̄ est deus et creator omnium. ergo potestas etc. ¶ Tertio sic. Ad iudiciariam potestatem p̄tinet p̄miare bene agentes sicut punire malos. sed p̄miū bonorum est beatitudo eterna. que non datur nisi a deo. dicit em̄ augustinus super iohannem. q̄ participatione dei fit anima beata. ergo videtur q̄ iudiciaria potestas